ad vitae ipsius tempora cum omni usu fructu ac quovis iuris titulo tenendum habendum et possidendum illisque pacifice et quiete utifruendi ac ad usus suos quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi praesentis inscriptionis advitalitatis vigore Post fata vero eiusdem Consortis suae ad eundem recognoscentem si superviixerit sive illius posteros sine quovis contradictione successorum illius bona effectus inscriptioni praesenti advitalitia obnoxia devolventur et redire debebunt Hac praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Popiel Horodyskiemu Debet.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Nobilis Iwan Popiel Kolodrub sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Iudiciis Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesentisque Iurisdictioni Castrensi Capitaneatus Premisliensis Iurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Iwano Horodyski Tryplak eiusque posteris summam Ducentorum florenorum polonicalium certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum per se recognoscendi tenetur atque debet Quam quidem summam supra expressam Ducentorum florenorum polonicalium idem recognoscens Nobilis Popiel Kolodrub se successoresque suos in et super bonis suis quibusvis omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus eidem Nobili Iwano Horodyski creditori suo eiusque posteris hinc pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate venturo dare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis realiter et in effectu deponere ac relinquere depositamque et relictam summam eandem rursus ab eodem officio non effodiendam nec arrestare aut alio quovis modo solutionem eiusdem summae impugnare Idque sub vadio similis summae Ducentorum florenorum polonicalium per eundem recognoscentem Nobilem Iwan Popiel

Kotelnub sive eius Successores suprascripto Nobili Hrehorio Hrodyski et eius Successoribus In casu non Solutionis Summae Suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad Solvendum Succumbendo Pro quo quidem eadem modo praemisso ad Solvendum Succumbendo ac Summa ipsa principali non Soluta Solvenda Status existens memoratus Nobilis Iwan Popiel Kotelnub aut illius Successores Ad instantiam suprascripti Nobilis Hrehorii Hrodyski aut illius Successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio Stans iuri parere respondere eadem pro tunc luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seq ac Suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori mortis sub Successionum legatione intra vel extra Regnum servitio militari aut munimentis ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non assumendo Nullas sq motiones appellationes protestationes ac earum prosequutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis iuris praescriptionis Terrestri bello Conventionesq et aliis quibusvis Iuris remediis et facti defensis non evadendo nec modo quovis subterfugiendo Hac Sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Iaworski Iaworskiemu Cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal Premisliensibus Nobilis Iwan Iawoski Hletenikowicz Sanus mente et corpore existens de Territorio districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusvis propriis et competentibus